



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu  
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas  
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.  
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

**Eisvogel, Veremund**

**Augustae Vindelic., 1727**

29. SS. Petrus, & Paulus Apostoli

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](#)

394 XXIX. Junii. SS. Petri & Pauli.

**Solemnitas SS. Apostolorum  
Petri & Pauli Columnarum in Ec-  
clesia Romana fortissimarum.**

**EXHORTATIUNCULA I.**

**V**iris Apostolicis indiget Sancta Ma-  
ter Ecclesia, ut horum fervore  
doctrinâ, calamô, & insigni vitæ exem-  
plò indies crescat in suorum fidelium  
corde. Dilecte! Filii sumus tantæ ma-  
tris? Romanæ Ecclesiæ? induamus eo-  
gò zelum Dei, & Spiritum Christi  
quid aliud retribuamus Matri?

*Instructio meritoria.*

Pro exaltatione Romanæ Ecclesiæ, &  
multiplicatione virorum Apostolico-  
rum *duodecim Pater, & Ave cum to-*  
*tidem Gloria Patri oremus.* Quid li-  
hunc in finem, quoties refectorium pro-  
refectione ordinaria accedimus, 1.  
*Ave in silentio nobiscum recitaremus!*  
*O quem spiritum Ecclesiæ, S. Ordini*  
*& nobis inde impetraremus!* Consilium  
est! Si bonum: non excusandum.

II. O



II.

**O** Miseriam hominum ! interfuit S. Petrus plerisque Jesu miraculis ; & tamen hunc ipsum suum ter negavit Magistrum. Quô tempore ? Tempore Passionis , & humanæ Redemptionis. En ! fragilitatem nostram ! & quid ? Tamen sine timore , & tremore operari volumus salutem. O Fili ! credimus, nos stare. At timeamus, ne cadamus.

*Instructio meritoria.*

Petrus ob suas lacrymas factus est petra omnibus pœnitentibus. Gratulemur Petro ad Christum revertenti, & pro gratia præservativa respectu nostrum humiliter supplicemus intonandò : *Te Deum Laudamus.* Hæc laus pœnitentibus propria.

III.

**N**ovum prodigium Divini Amoris ! Paulus persequitur Christum, & eligitur in præcipuum Doctorem Gentium. O quando veniet conversio nostra ? Quando pœnitentia ? Chare ! quid sumus ? quid fuimus ? Nonne & nos inter persecutores ? Quando ergo erimus & inter

R 6

Apo-

396 II. Julii. Visitationis B. V. Mariæ.

Apostolos? Quando inter Jesu Christi  
Confessores? Si voluntati nostræ per-  
versæ renunciaverimus cum S. Paulo  
clamantes: Domine! quid me vis fa-  
cere?

*Instructio meritoria.*

Abnegatio sui ò quam necessaria virtus!  
quam utilis! proficia! quam ui-  
acquiramus, duodecim actus statuamus  
voluntati, vel judicio proprio direc-  
oppositos, quos & Patri spirituali exhi-  
beamus pro sancta benedictione. Si  
Patre errat filius.

J U L I U S.

Festum Amicissimæ Visitationis  
Beatissimæ Virginis Mariæ.

EXHORTATIUNCULA I.

**E**xurgens Maria abiit in montana.  
Non curat ardua montium itinerem.  
Amor dulcoravit omnia. Quò pergi-  
mus? Fili! nunquid ad montem sancti-  
tatis, & Christianæ perfectionis? Qui  
èò pertinet? Qui pigritiam odis, &  
aversatur cum otio, & labores æstimat.

Im-

